



**Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D.
Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

Mezger, Paul

Augustæ Vindelicorum, 1695

§. I. Fundamenta pro intelligere radicali contra intelligere actuale.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73455](#)

15. Ex omni potentialitatis exclusione in DEO.
 16. Evasio Adversus per divisionem linea intelligibilis
 in plures specificas.
 17. Et virtus ad continentiam ultimam actualitatis.
 18. Impugnatur 1. per exclusionem distincti. virt. in-
 ter essentiam & intelligere.
 19. Impugnatur 2. quia talis linea subalterna im-
 placat.
 20. Impugnatur 3. à paritate actus effendi.
 21. Impugnatur 4. à paritate actus primi proximi.
 22. Impugnatur 5. ab imperfessione vita prima di-
 stincta a vita secunda.
 23. Qualem distinctionem admittit S. D. inter es-
 sentiam & intelligere.
 24. Actus voluntatis, non intellectus, necessario pre-
 supponitur objectum.
 25. Non omnis operatio illimitata presupponit prin-
 cipium.
 26. Qualis sit distinctio inter actum & potentiam ge-
 nerandi in Divinis?
 27. Disparitas inter relationem & actionem.
 28. Quinam sit concipi operationis ut scilicet.
 29. Qualis participatio divina naturae sit gratia?
 30. Quodquid participatio in collectionis divina visio?
 31. Quomodo essentia sit objectum connaturalis
 mum divina scientiae?

§. I.

Fundamenta pro intelligere radicali contra
 intelligere actuale.

1. Per intelligere radicale intelligitur substantia
 spiritualis radicaliter intellectiva in collectione
 comprehensiva DEI, & ab ipso actu intelligendi
 virtualiter distincta, quā formalissime constituit &
 exprimi Divinam essentiam docent Marcus à Serra,
 & Godoy citatus.

Probatur auctoritate S. D. Intellectualitas est de
 essentia metaphysica DEI, prout ex D. Augusto
 in l. 7. de Trinitate probat Angelicus Doctor inf. q.
 14. a. 4. verbis postea referendis: ergo constitutum
 est DEI vel eit ipse actus intelligendi, seu intellige-
 re actualissimum: vel eit principium & radix vir-
 tualiter intelligendi, seu intelligere radicale. Subsumo:
 sed non eit ipse actus intelligendi; ergo intelligere radicale. Subtumpcum probatur au-
 thoritate Angelici Doct. primo in q. 1. de pot. a.
 1. dicentes: *Est autem de ratione operationis habere
 principium, non autem de ratione essentiae: unde li-
 cit divina essentia non habeat aliquod principium nec
 ratione, tamen operatio divina habet aliquod
 principium secundum rationem.* Ex quo sic forma-
 tur argumentum: Naturae metaphysice constitui-
 tur per illud predicatum, quo expressum est prima ra-
 dius & principium operationum; siquidem natura
 est principium motus &c. sed ipsa operatio intel-
 lectualis seu intelligere actuale non est principium
 operationum; ergo constitutivum naturae intel-
 lectualis non est ipse actus intelligendi: unde
 etiam videmus in creatis naturae intellectuales non
 constituunt actum, sed per virtutem radicalem
 intelligendi.

2. Secundo inf. q. 26. a. 2. ad 2. hac habet: Di-
 cendum, quod beatitudine, cum sit bonum, est ob-
 jectum voluntatis; objectum autem praaintelligitur
 aetni potentie: unde secundum modum intelligendi
 prius est beatitudo Divina, quam actus voluntatis
 in ea regit centis. Ex quo arguitur: Quando Di-
 vina essentia praaintelligitur actui intelligendi, non
 potest per actum intelligendi confitui, sed natura &
 essentia Divina praaintelligitur actui intelligen-
 di; nam, iuxta verba allegata, objectum praaintelli-
 ligitur actui potentie: sed essentia Divina est
 objectum intentionis; ergo praaintelligitur huic
 actui potentiae intellective.

Ratio ulterior est primò. Omnis operatio pre- 3.
 supponit principium operandi, ut dicebat S. D. in
 primo textu: sed intellectio est quedam vitalis
 operatio: ergo presupponit suum principium ra-
 dicale, quod est natura & essentia: ergo illam non
 constituit.

Confirmatur 1. Generatio activa, qua est actio 4.
 personalis, & intellectio notionalis non constituit
 personam Patris, sed tandem constitutam supponit
 unam cum virtute tam remota, quam proxima ge-
 nerandi: ergo etiam intellectio essentialis, seu
 actio immensae & vitalis non constituit naturam
 Divinam. Sed tandem tanquam principium ope-
 randi radicale praesupponit.

Confirmatur 2. Sicut de essentia relationis est 5.
 esse ad, sive habitu ad terminum; ita de essentia
 actionis est esse ab, seu emanare a principio; sed
 intellectio Divina est vera operatio naturae Divi-
 nae, ergo etiam de essentia ipsius est, quod fit a
 principio: sed principium saltem naturae & ratione
 prius est suo termino: ergo etiam Divina natura
 prior est ratione, quam intellectio.

Ratio est secundo. Gracia sanctificans est parti- 6.
 cipatio divina naturae, sed est participatio intel-
 lectualitatis radicale, non ipsius intentionis, seu
 visionis actualis, quae primum obtinetur in gloria:
 ergo divina natura non constituit intelligere, sed
 in intellectualitate radicali.

Tertio. Si natura divina formaliter consistet 7.
 in intelligere, tunc Beati per visionem beatificam
 participant divinam naturam, cum visio sit par-
 ticipatio divina intentionis: sed hoc est contra
 communem Theologorum: ergo.

Quarto. S. D. infra. q. 14. a. 1. probat intelli- 8.
 gere divinum per immaterialitatem & rationem
 actus puri; ergo immaterialitas est a priori ratio
 intentionis, cuique presupponitur.

Quinto. Tametsi divina scientia respiciat essen- 9.
 tiam pro objecto connaturalissimo, tamen virtualiter
 distinguitur ab essentia: ergo licet intelligere
 divinum respiciat essentiam pro objecto connatu-
 ralissimo, tamen ab illa virtualiter distingui pos-
 erit.

Sexto. Sequeretur, divinam Essentiam etiam
 virtualiter constitui per intellectum vel speciem
 intelligibilem: quia cum ista omnia pertineant
 ad lineam intelligibilem, ab ipso intelligere & con-
 sequenter etiam ab esse divino virtualiter non di-
 stinguentur.

§. II.

Propugnatur intelligere actualissimum.

Probatur primo auctoritate S. D. inf. q. 14. a. 10.
 4. in arg. sed cont. dicente: *esse DEI est ejus sub-
 stantia: ergo intelligere DEI est ejus substantia.*

D 3

Et